

Dómine sancte, Pater
omnipotens, ætérne Deus. Qui
cum unigénito Filio tuo, et
Spíritu Sancto, unus es Deus,
unus es Dóminus: non in unius
singularitáte persónæ, sed in
unius Trinitáte substántiæ. Quod
enim de tua gloria, revelánte te,
crédimus, hoc de Filio tuo, hoc
de Spíritu Sancto, sine
differéntia discretiónis sentimus.
Ut in confessióne veræ
sempiternæque Deitátis, et in
persónis proprietas, et in
esséntia únitas, et in majestáte
adorétur æquálitas. Quam
laudant Angeli atque Archángeli,
Chérubim quoque ac Séraphim:
qui non cessant clamáre
quotídie, una voce dicéntes:

Communion ☩ John 2. 7, 8, 9, 10-11

Dicit Dóminus: Impléte
hydrias aqua, et ferte
architriclínó. Cum gustásset
architriclínus aquam vinum
factam, dicit sponso: Servásti
bonum vinum usque adhuc.
Hoc signum fecit Jesus
primum coram discíplis suis.

Postcommunion

Augeátur in nobis, quæsumus,
Dómine, tuæ virtútis operátio: ut
divínis vegetáti sacraméntis, ad
eórum promíssa capiéndá, tuo
múnere præparémur. Per
Dóminum nostrum . . .

thanks unto Thee, holy Lord,
Father almighty, eternal God: Who,
together with Thine only-begotten
Son and the Holy Ghost, art one
God, one Lord: not in the Oneness
of a single Person, but in the
Trinity of one Substance. For what
by Thy revelation we believe of
Thy glory, the same do we believe
of Thy Son, the same of the Holy
Ghost, without difference or
separation; so that in confessing the
true and eternal Godhead, in It we
should adore distinction in Persons,
unity in Essence, and equality in
Majesty: in praise of which Angels
and Archangels, Cherubim also and
Seraphim, day by day exclaim,
without end and with one voice,
saying:

The Lord saith: Fill the water-pots
with water, and carry to the chief
steward. When the chief steward had
tasted the water made wine, he saith
to the bridegroom: Thou hast kept
the good wine until now. This first
miracle did Jesus in the presence of
His disciples.

May the working of Thy power, we
beseech Thee, O Lord, be increased
in us: that quickened by the divine
Sacraments we may be prepared by
Thy grace to obtain what they
promise. Through our Lord . . .

Saint Rose Latin Mass Propers

Second Sunday after the Epiphany

Introit ☩ Psalm 65. 4

Omnis terra adóret te, Deus, et
psallat tibi: psalmum dicat
nómini tuo, Altissime. *Psalm.*
Jubiláte Deo omnis terra,
psalmum dícite nómini ejus:
date glóriam laudi ejus. Glória
Patri . . . – Omnis terra . . .

Let all the earth adore Thee, O God,
and sing to Thee: let it sing a psalm
to Thy Name, O Most High. (*Ps.* 65.
1, 2). Shout with joy to God, all the
earth, sing ye a psalm to His Name:
give glory to His praise. Glory be to
the Father . . . – Let all the earth . . .

Collect

Omnípotens sempitérne Deus,
qui cæléstia simul et terréna
moderáris: supplicatiónes pópuli
tui cleménter exáudi: et pacem
tuam nostris concéde tempóribus.
Per Dóminum nostrum . . .

O almighty and everlasting God,
who dost govern all things both in
heaven and on earth: mercifully
hear the prayers of Thy people,
and grant us Thy peace in our
time. Through our Lord . . .

Epistle ☩ Romans 12. 6-16

Fratres: Habéntes donatiónes
secúndum grátiam, quæ data est
nobis, differéntes: sive
prophétiam secúndum ratióne
fidei, sive ministérium in
ministrándo, sive qui docet in
doctrína, qui exhortátur in
exhortándo, qui tríbuit in
simplicitáte, qui præest in
sollicitúdone, qui miserétur in
hilaritáte. Diléctio sine
simulatióne. Odiéntes malum,
adhæréntes bono: Caritáte
fraternitátis ínvicem diligéntes:
Honóre ínvicem præveniéntes:
Sollicitúdone non pigri: Spíritu
fervéntes: Dómino serviéntes:

Brethren: Having different gifts,
according to the grace that is given
us: either prophecy to be used
according to the rule of faith; or
ministry, in ministering; or he that
teacheth, in doctrine; he that
exhorteth in exhorting; he that
giveth, with simplicity; he that
ruleth, with carefulness; he that
showeth mercy, with cheerfulness.
Let love be without dissimulation.
Hating that which is evil, cleaving
to that which is good: loving one
another with the charity of
brotherhood, with honor preventing
one another: in carefulness not
slothful; in spirit fervent: serving

Spe gaudéntes: In tribulatióne
patiéntes: Oratióni instántes:
Necessitátibus sanctórum
communicántes: Hospitalitátem
sectántes. Benedícite
persequéntibus vos: benedícite,
et nolíte maledícere. Gaudére
cum gaudéntibus, flere cum
fléntibus: idípsum ínvicem
sentiéntes: Non alta sapiéntes,
sed humílibus consentiéntes.

the Lord: rejoicing in hope: patient
in tribulation: instant in prayer:
communicating to the necessities of
the Saints: pursuing hospitality.
Bless them that persecute you:
bless, and curse not. Rejoice with
them that rejoice, weep with them
that weep: being of one mind one
towards another: not minding high
things, but consenting to the
humble.

Gradual ☐ Psalm 106. 20, 21

Misit Dóminus verbum suum
et sanávit eos: et erípuit eos
de intéritu eórum.
Confíteántur Dómino
misericórdiæ ejus: et mirabilia
ejus filiis hóminum.

The Lord sent His word, and healed
them: and delivered them from their
destruction. Let the mercies of the
Lord give glory to Him: and His
wonderful works to the children of
men.

Allelúia, allelúia. Laudáte
Dóminum, omnes Angeli
ejus: laudáte eum omnes
virtútes ejus. Allelúia.

Alleluia, alleluia. (*Psalm 148. 2*).
Praise ye the Lord, all His Angels:
praise ye Him, all His hosts. Alleluia.

Gospel ☐ John 2. 1-11

In illo témpore: Núptiæ factæ
sunt in Cana Galilææ: et erat
mater Jesu ibi. Vocátus est autem
et Jesus, et discípuli ejus ad
núptias. Et deficiénte vino, dicit
Mater Jesu ad eum: Vinum non
habent. Et dicit ei Jesus: Quid
mihi, et tibi est, múlier? nondum
venit hora mea. Dicit mater ejus
minístris: Quodcúmque díxerit
vobis, fácite. Erant autem ibi
lapídeæ hydriæ sex pósitæ
secúndum purificatiónem
Judæórum, capiéntes singulæ

At that time there was a marriage
in Cana of Galilee: and the Mother
of Jesus was there. And Jesus also
was invited, and His disciples, to
the marriage. And the wine failing,
the Mother of Jesus saith to Him:
They have no wine. And Jesus
saith to her: Woman, what is that to
Me and to thee? My hour is not yet
come. His Mother saith to the
waiters: Whatsoever He shall say
to you, do ye. Now there were set
there six water-pots of stone,
according to the manner of the

metrétas binas vel ternas. Dicit
eis Jesus: Impléte hydrias aqua.
Et implevérunt eas usque ad
summum: Et dicit eis Jesus:
Hauríte nunc, et ferte
architriclínó. Et tulérunt. Ut
autem gustávit architriclínus
aquam vinum factam, et non
sciébat unde esset, ministri
autem sciébant, qui háuserant
aquam: vocat sponsum
architriclínus, et dicit ei: Omnis
homo primum bonum vinum
ponit: et cum inebriáti fúerint,
tunc id, quod detérius est: tu
autem servásti bonum vinum
usque adhuc. Hoc fecit inítium
signórum Jesus in Cana
Galilææ: et manifestávit glóriam
suam, et credidérunt in eum
discípuli ejus.

purifying of the Jews, containing
two or three measures apiece. Jesus
saith to them: Fill the water-pots
with water. And they filled them up
to the brim. And Jesus said to
them: Draw out now, and carry to
the chief steward of the feast. And
they carried it. And when the chief
steward had tasted the water made
wine, and knew not whence it was,
but the waiters knew who had
drawn the water: the chief steward
calleth the bridegroom, and saith to
him: Every man at first setteth
forth good wine, and when men
have well drunk, then that which is
worse: but thou hast kept the good
wine until now. This beginning of
miracles did Jesus in Cana of
Galilee; and manifested His glory,
and His disciples believed in Him.

Offertory ☐ Psalm 65. 1, 2, 16

Jubiláte Deo, univérsa terra:
psalmum dícite nómini ejus:
veníte et audíte, et narrábo
vobis, omnes qui timétis Deum,
quanta fecit Dóminus ánimæ
meæ. Allelúia.

Shout with joy to God, all the earth:
sing ye a psalm to His Name: come
and hear, all ye that fear God, and I
will tell you what great things the
Lord hath done for my soul,
alleluia.

Secret

Obláta, Dómine, múnera
sanctífica: nosque a peccatórum
nostrórum máculis emúnda. Per
Dóminum nostrum . . .

Hallow, O Lord, these our
oblations: and cleanse us from the
stains of our sins. Through our
Lord . . .

Preface of the Most Holy Trinity

Vere dignum et justum est,
æquum et salutáre, nos tibi
semper et ubíque grátias ágere:

It is truly meet and just, right and
for our salvation, that we should at
all times and in all places give